

Anno.

M.

2109.

tiam fratres ipsius venere in Ægyptum
commeatus parandi causâ. Cumque post
longam actionem se ipsis patefecisset, Pa-
trem suum cum tota familia in Ægyptum
accersivit, & in regione Gosen collocavit.
Vixit ibi Jacobus annos 17. Post cum Jo-
sephi filios duos adoptasset, & non minus
ipsis, quam suis filiis futuram conditionem
prædixisset, expiravit placide, magnifico
funere elatus.

2200.

Josephus à morte Patris solatus est fratres
suos, & familiās ipsorum benignè suspen-
tavit. Dignitatem verò suam totos 80. an-
nos inter Ægyptios integrām retinuit.
*Quo tempore ita aucta ei familia, ut prone-
potes & abnepotes etiam ex filiis conspe-
xerit. Postremò cum de transferendis ossi-
bus suis præcepisset, moritur, corpūsque a-
romatibus conditum in Ægypto asservatur.*

2296.

Levi post fata fratrum superstes in Ægy-
pto, mutatam cum Rege vidi populi sui
fortunam. Nam pressus gravi servitute ad
luti laterūmque labores tyrannicis imperiis
& verberibus adgebatur. Proles etiam Is-
raëlitica, cum in partu extingui non posset,
in aquis exponebatur. Denique Ephraë-
mitæ à Garhæis graviter sunt afflicti, qui si-
nes Ægypti populantes, pecora ipsorum
abegerunt, multosque trucidarunt. Sunt
qui ad hæc tempora referunt historiam *Jo-
bi*, viri sancti, & celebris vicissitudine re-
rum patientiæque exemplo.

Hucusque duravit status **Oeco-
nomicus**